

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagrata <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

3
ISAGOGE

AD SVMMVLAM SELECTA-
RVM QVAESTIONVM REGV-
LARIVM.

*Fratres Min. Specialiter S.R. Ecclesie sunt
subiecti.*



Quoniam voluntas actio-
num humanarum domi-
na, vt legitimè suo fun-
gatur munere, necessum
habet à prælucente sibi
ratione rectam operandi
iam demonstrari, eumque ipsum in finem,
necessarium hunc ducem, quam fieri potest,
ab errorum ambiguitatis, & incertitudinis
nebris immunem in petra veritatis, ac so-
da principiorum operabilium notitia prius
habilitari, ne vel cæcus cæcum ducendo in
ruinam ambo cadant, vel dubiâ luce quid
sequantur, aut quo se vertant, planè ignorent;
apparet exinde hoc in præsentî tractatu an-
te omnia requiri, vt præuia quadam manu-
ductione declaretur atque ipse intellectus
robore instruat, quæ sit Apostolicarum Con-
stitutionum Conditio & vigor, quandoquî-
dem finis ac scopus huius potissimus, ac ferè
unicus est in memoriam Capucino reducere,
A 2 que

qui ad illas vitam instituere, & Ecclesiasticorum munera functiones conformiter suæ Religionis legibus & consuetudinibus ad honorem Dei & salutem animarum, exequi valeat. Res vtiq; non solum proficua, sed Minoritanæ Professionis Sectatori perquam necessaria, ob singularem erga Christi D. Vicarium Subiectionem. Et si enim (vt scribit Seraph. D. S. Bonau. in c. 1. Reg.) totus Clerus & Religiosorum vniuersitas tenetur firmiter Apostolico Domino (cuius auctoritate omnis Religiosorum Ordinū viget & firmitas vnicè subsistit, c. fin. De Relig. dom. Et eod. tit. c. 5. in 6. ac Ioann. 22. in Extrau. Sancta Romana.) obedire: tamen Sanctus (Franciscus) huic debito votum adiicit speciale, scienti voto superuenire & fortificari Ordinis vinculum & meritum geminare. Textus Regulæ ex ipsius verborum sono clarus est, quo & Seraphicus Patriarcha expressè promittit obedientiam & reuerentiam D. Papa Honorio & successoribus eius canonicè inrantibus & Ecclesiæ Romanæ: Et fratres alij similiter ipsi P. Francisci & eius successoribus obedire tenentur. Quibus verbis (vt benè Hugo de Dina in commendatione illius loci) perfectus Euangelij observator S. Franciscus, Petro Apostolo in successore suo, cui à Christo Ecclesia est commissa, se suo in se, speciali obedientia ac reuerentiæ promittit.

I.

*Fratres
Minores
S. R. Ec-
clesiæ spe-
cialiter
sunt sub-
iecti.*

& reuerentiam D. Papa Honorio & successoribus eius canonicè inrantibus & Ecclesiæ Romanæ: Et fratres alij similiter ipsi P. Francisci & eius successoribus obedire tenentur. Quibus verbis (vt benè Hugo de Dina in commendatione illius loci) perfectus Euangelij observator S. Franciscus, Petro Apostolo in successore suo, cui à Christo Ecclesia est commissa, se suo in se, speciali obedientia ac reuerentiæ promittit.

one subiecit. Vnde & summo Pontifici (subin-
fert mox ibid. sanctæque Romana Ecclesia
sunt fratres specialiter tam ex singulari hac spõ-
sione, quàm etiam ex speciali eius ad ipsos cura
& defensione adstricti. Præsertim cum ordo per
ipsam velut in eius sinu, forma, roboris & incre-
menti susceperit incrementum, vt quasi propri-
us Ecclesia filius dici possit. Hæc ille. Extant
huius paternæ sollicitudinis & curæ circa
Franciscanam familiam in Iure communi
(vt alia quamplura prætermittam) testi-
monia valde insignia c. In ijs 30. de Priuil.
Clement Dudum. 2. de sepulturis. Extrau. com-
vnica. De iudijs. Extrau. com. super Cathedra.
2. de sepult. Extrau. com. 1. de Priuil. c.
Quia ex eo. 3. de pactis. in 6. c. Ex ijs 3. de verb.
signif. in 6. Clem. 1. eod. tit. Extrau. Ioan. 22.
1. de verb. signif. Extrau. eiusd. Quia nonnun-
quam. Et ad Conditorem. 3. & vlt. eod. tit.
Quibus Christiani Gregis Pater vniuersa-
lis cura & sollicitudine speciali Franciscanæ
Religionis consulens, Minoritanam Regu-
lam illustrat, cõrra æmulos defendit, eiusq;
Professores excellentibus priuilegijs & præ-
rogatiuis exornat, vt si Minorita obligati-
onem aliam ad Apostolicam illam sublimi-
tatem non haberet, tanquàm filius non de-
gener vocem amantissimi Patris audire, il-
lusque voluntatem studiosissimè adimple-

re debeat. Tantum igitur cum Capucinum habeat ad Papam subiectionem, & ad eius mandata obligationis vinculum, manifeste profecto consequitur non parvam eidem incumbere necessitatem non ignorandi Constitutiones Apostolicas earumque quantum suæ vocationis institutum & munerum iuncturæ administrationem concernunt, vim & obligandi valorem; De his ergo cum speciatim præsens Summula ex proposito tractet, ad generalem earund. notitiam Isagogen præmittere consultū duxi, quantum ab ovo aggrediar; sic

§. I. Quid & quotuplex sit Constitutio?

1. Constitutio quid sit. 3. Quotuplex sit
2. Constitutio Ecclesiastica.

II.
Constitutio quid sit.

Constitutio propriè significat legem superioris Principis; quidquid ex Isidoro Gratiano c. Constitutio. d. 2. ad solum restringat Imperatorem seu Regem dicens Constitutio vel Edictum est, quod Rex vel Imperator constituit, vel edicit, Sylu. V. Lex. n. 1. Quatuor ponit nomina generalia ex diversis sumpta, idem tamen significantia, scilicet Lex, eo quod liget, vel legatur. Ius, maximè